Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

opus erit reductione, sed ea ipsa hora quasi cum horis Astronomicis congruens retinet. Horae aut nostrae à medio noctis numerata usq ad meridie hoc modo reducuntur. Subtrahe à tempore proposito 12 horas qs si ab horis post medium noctis elapsis no potes auferre, resolue unum diem in 24 horas quae adijciantur horis propositis, & facta subtractione emergit tempus Astronomicum, Vt exempli causa cupio erigere figuram coeli ad

Anno,	Die Iulij,	hora matutina,	Minut.
1553	27	6	30.

Subtraho ab 6 horis propositis 12 horas, sed qa fieri no potest subtractio duodenarij numeri à senario. demo ergo ex 27 dieb. unum die, quae resolvo in 24 horas, quas addo ad 6 horas fiunt 30 horae, & remanet 26 dies Iulij. Iam à 30 horis aufero 12 horas & prodeunt 18 hora & 30 minut. 26 die Iulii. Est ergo tempus reductum Astronomicum:

An.	die Iul.	hor. mat.	mi.
1553	26	18	30.

Si uero principium Dieij ab Occasu solis sumit, tunc ad oblatum tempus adijce tempus semidiurnum & prodibit tempus Astronomicum. Tempus uero semidiurnum ingrendum est in tabula quantitatis dierum hoc modo. Eliciat ex Ephemeridib. locus solis quae tempore proximo obtinuit, deinde ad gradum & signum loci solis ex tabula quantitatis dierum desumat tempus semidiurnum Sole in